



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

§. 45. Ægidius Romanus Archiepiscopua Bituricensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)

quæ
ac re-
deret.
x ho-
rum
onem
per-
ere ad
regno
itione
Christi
sed e-
vitute
osque
Cleri-
voluit.
; nec
altera
on sibi
test li-
ompa-
pecu-
Vica-
ermilla
læ ne-
gimen
Clerici
. quod
m con-
magis,
præci-
natu-
re
1292.

ræ inhibitio pensionis hujus, dum per-Sæcul.XIII.
mittitur, ut illi amicis, vel sannionibus A. C. 1296.
largiantur, ac in vestes, equos, convivia,
& alias res fluxas, profanasque sumptus
supervacaneos non sine pauperum damno
faciant. Timemus Deum, & honoramus
Ecclesiæ Ministros: sed hominum minas
rationi contrarias haud formidamus,
cum certum sit justitiam a nobis stare.
Author deinde approbat Philippi Regis
rationem agendi cum Regibus Angliae
ac Romanorum.

§. XLV.

Ægidius Romanus Archiepiscopus Bituricensis.

Frater Ægidius Romanus insignis Do-
ctor ex Ordine Eremitarum S. Augu-
stini ab illo electus est Præpositus Gene-
ralis in comitiis Romæ habitis 6 Jan.

Cumque Simon Bellolocensis *Duboulati*
creatus Cardinalis ac Episcopus Præne- *to. 3. p. 671.*
stinus mense Septembri an. 1294 sedem *Gall. Chr.*
Bituricensem reliquisset vacuam, Papa *to. 1. p. 180.*
Bonifacius hoc anno 1296 eam tribuit *Patr. Bitur.*
Ægidio Romano, qui eandem viginti an- *p. 121.*
nis tenuit. Supersunt permulta ejus *Nang. Chr.*
scripta theologica, & philosophica se-
cundum principia Aristotelis: & scho-
lastici eum vocabant Doctorem funda- *Sup. lib. 88.*
tissimum. Vidimus tamen eum decem *§. 17.*

C c 3 abhinc

Sacri. XIII. abhinc annos adactum fuisse, ut quasdam
A.C. 1296 propositiones suas retexeret.

§. XLVI.

Guilielmus Durantius Episcopus Mimatensis.

Eodem anno 1296 e vita abiit Guiliel-
mus Durantius Episcopus Mimatensis pariter ex sua doctrina clarus. Per-
missione in Provincia ortus, cum Bononiæ Juribus navasset operam, accepta fa-
culty laurea palam ibidem ac Mutinæ

Cave p. 516. docuit. Causas tractabat tam dextere, ut forensis usus pater appellaretur. Pa-
pa Clemens IV itidem natus in Provin-
cia eum sui facelli Præpositum ac Ge-
neralem palatii sui Auditorem seu Judi-
cem constituit. Durantius Bellovacensem etiam & Narbonensem Canoniconm
egit, ac Decanum Carnutensem. A Ni-
colao III S. Petri Patrimonio & tractus Ecclesiastici copiis præfectus multas de
rebellibus Æmiliae urbibus palmas re-
tulit.

Ughell. to. 2. lit. p. 989. Stephano Episcopo Mimatensi mor-
tuuo Durantius tum Decanus Carnuten-
sis subrogatus per compromissum, & ab

Ibid. p. 384. Honorio IV confirmatus est 4 Febr. 1286
Cum archiepiscopatus Ravennensis an.
1294 per decepsum Bonifacii Lavaniensis
vacaret, Papa Bonifacius VIII Durantium
eo transferre voluit: qui autem renuit,
obiit.